

sancti cassiani sit sub iure monasterii beati Benedicti et eiusdem abbati qui esse  
videtur in casino et nullus quisquam episcopus aut quilibet sacerdos aut iudex ibidem  
aliquod presumat ordinare nisi quem abbas eiusdem beati Benedicti ordinauerit  
aut disposuerit stabilem atque corroboratum permaneat. Quod uero preceptum  
firmitatis seu officiosum ex iussione superscripte potestatis dictam ego emen-  
tari referendarius tibi gramo notario scribenda. Actum in alifas mense augusti  
per iudicatione xj. feliciter. Eiusdem de eadem ecclesia. 127

**I**n nomine domini dei saluatoris ihesu christi firmamus atque largimur nos dominus  
uir gloriosissimus Gisolfus summus dux gentis langobardorum nobis gausa  
iudicate deo abbatisse et paupertate et gariperge religiosissime ancille christi  
monasterii sancte marie in engla quia manifesta causa est et quoniam post po-  
sultis parentes et substantias uas et uenis hie peregrinare in terra nostra  
beneuentana et nos propter deum et anime uestrae mercedem et quia post deum  
in uia uenit hie fiducia dedimus uobis una cum beatissimo patre nostro petro  
abate cella in engla que pertinet de iure sancti benedicti et uiacum ipse  
nobis superscriptum monasterium fecimus et substantiam largiti sumus una  
cum scanneperga gloriosa coniuge uia uenit preuenimus uos superscriptas  
in ipso sancto cenobio confirmare in eo ordine ut dum una ex uobis aduenerit  
in hie regnum tenere debeatis ut super uos alia priore non imponatur quia et  
ex parte ibidem noster est labor nam post uero uro discessu quorum supra que  
ipa sancta congregatio elegerit et preuenit potestatis de abbate qui fuerit  
sancti benedicti ipsa confirmetur nam dum uos uixeritis in uia sit potestatis  
seu in honorem et conuersationem uiam si recte et caste uixeritis atque con-  
uersaueritis quod cum preceptum largitati seu firmitatis ex iussione supra  
scripti domini uiri gloriosissimi gisolfi et ex dictato scarolfi notarii scripti ego  
beatus notarius data iussione in hunc heratissimo beneuentano palatio meli-  
magio per iudicatione quintadecima. Preceptum archiepiscopi principis de cella s. sophie in beneuen-

**I**n nomine domini dei saluatoris ihesu christi dum nos archiepiscopus pulcherrimus atque  
excellens princeps gentis langobardorum motus dei omnipotentis  
misericordia et redemptione anime mee seu pro saluatione gentis nostre  
et patrie concedimus in monasterium beati benedicti quod situm est in castro  
casino ipsum monasterium sancte sophie quam a fundamentis edificari et  
seruis et ancillis et hereditatem per diuersas locas illum di. tant et hie nra  
potestate firmatum ut ipse monasterio sit sub iure monasterio beati benedicti  
et eiusdem abbas qui esse uidetur in castro casino ubi sacratissimum corpus  
eius requiescit et nullum quisquam episcopus aut quilibet sacerdos aut iudex  
ibidem aliquod presumat ordinare nisi quem abbas eiusdem beati benedicti ordi-  
nauerit aut disposuerit stabilem atque corroboratum permaneat. Quod uero  
preceptum firmitatis ex iussione superscripte potestatis scripti ego gramo  
notarius actu beneuentani in felicissimo palatio in anno septuodecimo mense  
Novembrij per iudic. terciadecima feliciter. 127